Quaestio Medica Quodlib. Disput. agit.ᵈᵃ In Schol. Medicorum die Jouis 9ᵒ Februarii

disceptatore prudentiss. D. Joanne Dureto Lud. fil. Reg. M. et Medᵃ Prof.



# An Partium Corporis par ad vitam necessitas?

Corpus humanum animae gratia conditum multis diversis obductis organis accommodatum, cum simplex esse non debuerit, partium substantia, et conformatione varium effectum est, quarum utilitas ad vitam refertur aut conservandam aut commodiorem efficiendam. Ad vitam primo et per se necessariae sunt tres principes Cor, Jecur, Cerebrum à quibus facultas aliqua cum spiritu in corpus universum emanat, quaeque mutuis se operibus, ita si cadit una reliquae intermoriuntur. Maxima tamen est in Corde officii dignitas, atque aegrotantibus maxime necessaria, cum sit fons et officina caloris innati, cuius ope actiones non naturales modo, sed etiam quoque perficiuntur, quae sunt animalium propriae.

Huic servando providit natura duobus praesidiis respirationis scilicet et pulsus, motu quodam analogis, et in Corde vitam conservantibus sed instrumentis et causa efficiente distinctis. Respiratio enim opus est animae sentientis voluntatis imperio subditum, pulsus vero sensu, ac necessario agentis. Instrumenta sunt huius Cor et arteriae, quae simul dilatantur et contrahuntur. Continent hae spiritum vitalem una cum sanguine, quem primus in latere cordis sinu genitum in partes omnes diffundunt, fixi caloris succendiculum. Respirationis (quae à vita separari non potest) praecipuum organum est pulmo, qui haustum aerem spiritus pabulum cordi praeparat, ab eoque fumum exhalantem foras expirat.

Naturalis facultatis omnium otiosae fons perennis Jecur est, cuius actio αἱμάτωσις reparando triplicis substantiae effluxui necessaria: cum nullum animal possit vivere nisi nutriatur. Vbi enim huic praeloquium ventriculus, cuius decoctum nequidquam emendat: quoniam vero recrementorum semper sequitur excrementorum proventus, his segregandis sapiens natura prospexit. Foribus quidem et prima suffusio intestina non praeparant in gyros convoluta tribuens; flavae bili propriam vesiculam ad jecoris portas constitutam, splenem atrae cuius tenuiore parte alitur, seri sanguinis vehiculo geminos renes situ discrepantes inde fit, urinae vesicam quae voluntate regitur. Sic depuratus sanguis per venas veluti syphones, et tubos à partibus vero cunctantur prolicitur.

Partes igitur illas quae singulis alimentum praestant, et excrementa vacuant, usum quidem habent toti corpori commodum, sine quo vita constare non potest: sed vim à principibus recipiunt, citra quam nequidem summum perficiunt absolvisse. Ceteras quae neque regunt, neque reguntur ut cutis ossa, offinia, in articulis membranas, ligamenta ipsa, cartilagines vero similares, et spermaticas ad robur, decus, et integumentum quae faciunt, vitae quidem sunt utiles non necessariae. Multo minus adipe unguibus, pili, qui licet toti habitum firmissime in partibus tamen corporis non habentur. Testes (prolifici seminis authores) in principes relati, cordi etiam nobilitate praeferuntur, sed quibus vita carere potest, quemadmodum vero civilis hominis audissimo.

Cerebrum ortu postremum, praestantia primum, supremum situ temperamento licet frigidum sit et humidum, sedes tamen est rationis motusque et sensus omnis principium. Ac ratio quidem virtus per totum ipsum fusa, vel sola intermedio citra aliarum facultatum concursum laedi potest aboleri: motus vero si penitus intercipiatur mori animal necesse est. Tangendi sensus per temperatam cutem diffusus, etsi cunctis animantibus insit, tollitur tamen manente vero mote. Restatus quinque organa nutrioi non parum inserviunt. Reliquae vero quae non nisi corpore intermedio externo obiecta percipiunt, actionum laude et instrumentorum ornatu maxime spectabiles et admirandas commoditati hominum natura concessit.

Ergo par non est Partium Corporis necessitas.

Ponebat Guillel. Fornier Sequanus anno D. 1587.

Dñi Doctores Disputaturi.

M. Ægidius Heron. M. Joannes Hautin. M. Nicolaus Ellain.

M. Joannes des Beaulxesne. M. Sulpicius Rigault. M. Nicolaus Millot med. Reg.

M. Joannes Riolan Decanus. M. Joannes le Pescheur. M. Guillelmus de Baillou.

F.M. BIBLIOTHÈQUE